

# Sermon from the notebook of John of Dąbrówka\*<sup>1</sup>

Manuscript: **BJ 1635, f. 94v**

## In translacione sancti Stanislai<sup>2</sup>

[Thema] *Enoch translatus est etc.* Eccl. XI [Heb 11,5].<sup>3</sup>

Duplex festum tangitur hic, dic, scilicet Ascensionis et beati Stanislai.

<1> Circa primum sciendum, quod sicut Elias ascendit <1.1> patenter, <2> celeriter, <3> utiliter, sic eciam Christus.

<1.1> Patenter, quia terra vidit, sicut patet de vestigiis in lapide, celum – de nube, apostoli – angelo, etc.

<1.2> Celeriter, quia post XXX annos quando totum robur est in homine, vel post XL dies sicut XL horarum in sepulcro iacuit.

<1.4?> Connaturaliter, quia naturaliter est soli per eiusdem circulos redire, aque per eiusdem meatus redeunt in mare, homo qui de terra est in terram redire. Sic Christus, qui de celo.

<1.3> Item utiliter, quia nobis locum parare, Spiritum Sanctum dare, pro nobis advocare.

<2> Circa secundum nota, quod per Eliam beatus Stanislaus, quia sicut Eli fuit servus fidelis, sic iste. Unde Hebreorum [7,26]: *Talis decebat etc.* Contra a. b.c.; ubi nota, quod innocens, misericors, dic. Unde potuit dicere illud Io. [10,11]: *Ego sum pastor bonus etc.* [Jn 10,7 et 9], *ostium* [Jn 14,6], *via, vita* [cf. Jn 10,7-11; 14,6].

Fuit eciam successor, quia sicut ille *non pertimuit principem*, Ecc. XL,<sup>4</sup> sic iste.

Mors sua fuit signata per Senecherib, quem occiderunt filii; per Nabucho, cuius corpus mersum frustratim filius fecit dari XXX vulturibus, ut non resurgeret pater eius, nisi vultures redirent in unum; in *Scolastica historia*;<sup>5</sup> per Zachariam, qui est interfectus inter templum et altare,<sup>6</sup> unde solvitur modo proverbium illud clericorum, quod dicitur *filii occiderunt patrem in medio matris*.<sup>7</sup>

---

<sup>1</sup> Sermon no. XXIII in Kuzmová, *Preaching Saint Stanislaus*.

<sup>2</sup> Title perhaps added later; the sermon must have been for the martyrdom feast originally.

<sup>3</sup> Eccl., erroneously.

<sup>4</sup> Cf. Sir 48,13: *Elias quidem in turbine tectus est, et in Eliseo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem*.

<sup>5</sup> Cf. Petrus Comestor, *Historia scholastica*, PL 198, col. 1453: “timensque ne resurgeret pater suus, qui de bestia redierat in hominem, divisit in trecentas partes, et dedit eas trecentis vulturibus. Et aid ad eum Joachim: ‘Non resurget pater tuus, nisi redeant vultures in unum.’”

<sup>6</sup> Cf. Mt 23,35: *ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti ad sanguinem Zacharie, filii Barachie, quem occidistis inter templum et altare*.

<sup>7</sup> See for example Balduinus Ninovensis, MGH SS 25, 535, lin. 33.